

- Ioseph. Vela *lib. 2. dissertat. 58. num. 79.*
- 37 Decimatertia coniectura datur, quando facta dispositione clara, & expressa per testatorem, fieret postmodum alia confusa, obscura, & diminuta, Socinus. Senior *conf. 263. num. 11. lib. 2.* Craveta *conf. 142. num. 19.* Mascardus *de probat. conclus. 532. num. 63.* Peralta *in l. si quis in principio testamenti num. 181. de legatis 3.* dolus enim est obscure loqui.
- 38 Decima quarta coniectura est, quando suggestores, quorum opera conditum fuit testamentum, non certioraverunt testatorem de aliquibus, quae si testator scivisset, vel non, vel aliter disposuisset. Abbas *conf. 68. nu. 8.* Craveta *conf. 142. num. 20. lib. 1.* Mascardus *d. conclus. 532. num. 37. & 19. & 20.*
- 39 Decima quinta dicitur, si aliquid testatori dicatur sollicitando, vel suadendo eum, quod sit de genere prohibitorum, ut per Vincent. Carrociium *decis. 15. nu. 30.* Cesarem Barcium *decis. 120. num. 13. & 16.* vel malum de aliquo testatori dicendo; ut per Seguram *in l. 1. §. si vero nu. 124. de acquir. posses. Raudensem*
- decis. 45. numer. 39.*
- 40 Decima sexta coniectura in proposito erit, si suasiones, quibus testator allicitur, fiunt secreto, & occulto. Angelus *conf. 48. num. 2.* Baldus *conf. 149. num. 2. lib. 1.* Craveta *conf. 79. num. 19.* Barbatia *conf. 8. num. 7. lib. 4.* Mascardus *conclus. 531. num. 4.* Mieres *de Maioratu. 1. part. quest. 25. num. 7.*
- 41 Decima septima coniectura resultat ex suasionibus, & precibus propinquorum, si infirmitate gravatus est testator, & in mortis articulo constitutus; quia tunc suspecta redditur dispositio. Hondedeus *conf. 32. num. 32. lib. 1.* Menoch. *conf. 226. num. 85. lib. 3.* Burfatus *conf. 40. nu. 72. lib. 1.* Castillo *lib. 3. cap. 1. nu. 130. & 182.* Cancerius *lib. 1. cap. 4. num. 139.* Franc. Nigreir. Cyriacus *tom. 3. controvers. 549. num. 94.* quia licet adulatio, & suggestio levis non reddant testamentum invalidum, *l. fin. C. si quis aliquem testari prohibuerit,* cum traditis supra *cap. anteced. num. 17.* tamen ex ea resultat coniectura doli, & suggestionis maximè ingravato infirmitate. Crotus *in l. 1. §. si quis ita nu. 3. ubi Socin. numer. 2. de verb. obligat.,* cui facit traditum

- infra numer. 107. 108. & 109.*
- 42 Decima octava coniectura, & quidem maxima datur, quando suasores expullerunt ex testatoris praesentia eum qui ex ipsius testatoris dispositione lucrum, & commodum praetendebat Corneus videndus *conf. 158. n. 8. lib. 4.* Nat. ta *conf. 166. n. 4. lib. 1.* maximè quando expulsi erant iam instituti haeredes & testamentum factum defendere curabant. Corneus *conf. 84. vol. 1. Parisius conf. 67. num. 52. lib. 3.* Castillo *lib. 3. c. 1. num. 194.* quia tunc si instituantur expulsores, & suasores; & primum testamentum revocetur, tenentur adione de dolo vocatis in primo testamento. Angelus *in l. fin. C. si quis aliq. test. prohibet, & in l. non est novum, ff. de inoffic. testam. ubi quod ita fuit iudicatum Perusij, Ruinus conf. 73. num. 5. lib. 2.* Marsilius *singular. 526. num. 1.* Lupus *in Rubric. de Donat. int. vir. & vxor. §. 81. num. 11.* Menochius *casu 395. num. 43.* Gratianus *tom. 4. cap. 659. n. 5. & 6.* cum multis, praedictis tamen non traditis, Castillo *lib. 4. cap. 22. num. 34.* Gutierrez *de tutel. 2. part. cap. 14. num. 7.* Niger Cyriacus *controversiar. 410. n. 74.*
- Surdus conf. 373. numer. 17. & 25.*
- 45 Decima nona coniectura resultat ex inimicitia suasoris. Menochius *conf. 226. num. 94. lib. 3. & lib. 4. praef. 12. num. 10.* Craveta *conf. 142. num. 18.* & in hoc fundatur textus *in leg. non est consentiendum, ff. de inoffic. testam. nempe in inimicitia novercae contra privignos: abijt enim in proverbium novercale odium protruci inimicitia; ut late exornat. Tiraquellus ad leg. conub. gloss. 1. part. 9. num. 196.*
- 46
- 47 Cabrerios *de metu lib. 2. cap. 9. num. 64.* Suelves *tom. 2. conf. 5. num. 7.* unde cum à iure noverca inimica praesumatur privigni, illius suasiones, & blanditiae erga maritum in damnum privigni dolosa praesumuntur; & pater praesumitur ad instigationem novercae filium exheredasse. Hodierna *ad Surdum decis. 164. num. 8.*
- 48 Vigesima, & ultima coniectura suggestionis resultat ex eo, quod suasores non sibi sed alijs lucrum quaerant. Sic ex multis. Surdus *conf. 373. n. 31. lib. 3.* Menochius *conf. 226. nu. 29. vers. Rursus lib. 3.* Gualdensis *de arte testandi tit. 11. cant. 4.* Mascardus *concl. 532. num.*

num. 56. Petrus Pechius de testam. coniug. cap. 3. in fin. Gratianus cap. 659. num. 7.

49 De his autem coniecturis plures refert, & exornat Castillo lib. 5. cap. 72. pag. 111. & de suggestionibus, & precibus importunis, quibus testator adducitur ad testandum videndi sunt Castillo lib. 3. cap. 1. Farinacius de falsitate quest. 161. Gratianus tom. 4. cap. 659. Percira decis. 30. Carrocus decis. 15. Phœbo decis. 25. & 26. quomodo autem probentur, & quibus testibus, videndi sunt Cæsar Barcius decis. 120. ex num. 35. Alexander Raudensis decis. 45. ex num. 8. Sesse decis. 60. Farinacius de testibus quest. 63. num. 35. & de falsitate, d. q. 161. num. 71. Et his, & alijs, quæ passim à Doctoribus traduntur falsitas, & suggestio probari poterit. Vnum tamē semper advertas, quod quando testamentum ex falsi suspicione impugnaueris, in casu quo ad interrogationem alterius sit confectum, non ex vna, vel altera coniectura tantum testamentum impugnes, sed ex pluribus, quia nullus ferè erit casus, in quo aliqua ex prædictis coniecturis, vel similibus non in-

veniatur: quinimo, aliquæ per se solæ non sufficiunt, vt ex ipsismet recognoscitur, & ex ampliationibus in principio relatis. Sed si plures coniecturæ suspicionis, & falsitatis concurrerint, facilius semper obtinebis ex huiusmodi allegatione, quia multæ fraudis, & suggestionis coniecturæ rem reddunt verisimilem, & consonat lumini intellectus, ita vt iudex suggestionem intervenisse præcisè debeat iudicare. Certissimum quidem est axioma, quod singula, quæ non profunt, multa collecta iuvant. Et hæc sufficiant pro hac limitatione.

52 Conclusio principalis siue communis opinio limitatur secundo, quando testator articulate non loquitur, & oppressus est infirmitate, vt iam videatur esse in articulo mortis; ex dict. l. iubemus, ibi: Si enim talis est testator, qui neq; scribere neq; articulate loqui potest mortuo similis est, & falsitas in elogijs committitur vbi cōmuniter Doctores; Decius conf. 489. num. 4. Gratus conf. 30. num. 20. lib. 2. Menochius cōf. 45. n. 22. Franciscus de Aretio conf. 71. num. 2. Laurentius de Pinn conf. 24. num. 3. & 4. Sur-

du-

53 dus conf. 414. n. 9. & 58. Rota decis. 938. 1. part. in novis. Gamma decis. 46. num. 4. Antonius Gabriel lib. 4. tit. de testament. conclus. 2. n. 3. Philip. Paschalis de viribus patriæ potestatis 2. part. cap. 8. num. 54. Mantica de coniectur. ultim. voluntat. lib. 2. tit. 6. num. 2. Iulius Clarus d. q. 37. vers. Seias ergo Gratus §. institutio quest. 17. num. 8. & 9. Thadeus Pifo lib. 2. variar. cap. 2. num. 12. Nicolaus Reusner de iur. testament. part. 2. cap. 16. Menchaca illustr. contro. versiar. lib. 3. cap. 101. numer. 5. Matienzus dict. glos. 16. nu. 12. Flores de Mena dict. quest. 1. num. 49. Thesaurus lib. 4. q. 99. num. 6. & 8. Castillo dict. cap. 27. ex num. 63. Cancerius lib. 1. cap. 4. num. 78. & nu. 134.

54 Tunc ergo non valet testamentum factum ad interrogationem, quia talis disponens, cum mortuo similis sit, scèpè non intelligit interrogationem. Socinus Iunior conf. 178. num. 16. lib. 2. & conf. 179. num. 84. lib. 2. vnde si interrogaretur inter fecisti hominem diceret, quod sic. Ita Cynus, & Bartolus in dict. leg. iubemus, Paulus de Castro conf. 155. vol. 1. Alexander conf. 33. volum. 3. Gregorius Lopez in leg. 6. glossa 1. tit. 3. part. 6.

Matienzus dicta glossa 16. num. 10.

55 Quod fortius procedit, quando infirmitate ita præmitur, vt dubium sit de sana eius mente, nam etiam si de facto testetur, in rei, veritate videtur potius noluisse testari; & quod respondit velle vt ab ea interrogationis molestia liberaretur. Romanus conf. 309. in lib. 2. Gratus conf. 30. num. 22. lib. 2. Silvanus cōf. 54. num. 10. Peralta in Rubr. de hered. instituend. num. 81. vers. quinta, Menochius præf. 8. nu. 38. & 39.

56 Sicut quando interrogatus testator modo in hanc, modo in alteram partem lectus, in quo moribundus iacebat, se vertit, nolens loqui ostendens ægrè ferre; quod in ea perturbatione ægritudinis, & anxietate molestia afficiatur. Castrélis conf. 156. col. 1. & 2. lib. 1. Corneus conf. 1. num. 3. vers. 4. Castillo dict. cap. 27. num. 67. Et quando non libenter respondit, sed veluti importunate, vt cum bis interrogatus à notario nihil respondit, quia molestè ferebat interrogationes. Corneus conf. 7. numer. 3. lib. 4. Menochius conf. 45. num. 18. Trentacinius conf. 13. nu. 5.

Y Ro-

Rota decis. 638. n. 6. part. 1. Ca-  
 cerius lib. 1. cap. 4. num. 136. 61  
 58 Idem est, si sic moribun-  
 dus ad interrogationem per-  
 sonę suspectę fiat testamentū.  
 Socinus Junior conf. 183. num.  
 27. lib. 2. Laurentius de Pini  
 conf. 24. num. 8. Menochius d.  
 conf. 45. nu. 18. & nu. 20. Iulius  
 Clarus quest. 37. nu. 6. vbi vi-  
 dendus est. Ruinus, Grasus,  
 Suarez, & Castillo vbi supra  
 num. 25.  
 59 Neque valebit testamen-  
 tum, quod aegroto ignorāte,  
 & alio dictante fuerit ordi-  
 natum, quamvis postea eo  
 presente coram testibus le-  
 ctum sit, & cum fuisset inter-  
 rogatus, an talis dispositio  
 placeret, respondisset sic;  
 quia sic moribundus, licet  
 ad interrogationem alterius  
 respondeat, non videtur deli-  
 beratē respondere. Mantica  
 videndus d. lib. 2. tit. 6. num. 9.  
 60 & 10. D. Francisc. Hieronym.  
 Leo decis. Valentie 30. num. 7.  
 vol. 1. maxime si testator non  
 loquatur alia verba nisi si  
 vel non vel ad omnia respon-  
 deat, quod sic; vel si non lo-  
 quatur ordinatē, & articula-  
 tē, & respondeat extra pro-  
 positum Flores de Mena, d.  
 quest. 1. num. 49. 50. & 51. Ma-  
 rtenzus d. gloss. 16. numer. 10.  
 Matic. & Menoch. vbi supra.  
 61 Quæ omnia idē requi-  
 runtur in huiusmodi testa-  
 mento, quoniam hic modus  
 testandi non est sine periculo:  
 quia notarius, & testes, nec  
 non ipse hæres, alijque do-  
 mestici facultatibus mori-  
 bundi hominis, & pleruni-  
 que semi mortui cadaveris  
 insidiantes multa suggerere  
 possunt, ad quæ, vel infirmi-  
 tate, vel illecebris, aut assi-  
 duis rogationibus fatigatus  
 testator scēpē contravolun-  
 tatem suam respondit. Vt  
 eruditē quidem. Thesaurus d.  
 q. 99. n. 4. vbi n. 6. inquit quod  
 quando testator in vltima in-  
 firmitate constitutus, & gra-  
 vi morbo oppressus ad inter-  
 rogata respondit, quis enim  
 credet testatorem illū mor-  
 bo correptum, doloribus op-  
 pressum, vicino mortis tem-  
 pore turbatum, dilecta invē-  
 tutis suæ cogitantem, ratio-  
 nibus antea vitæ reddē-  
 dis proximū mentis iudicio  
 frui, & de rebus suis animo  
 benē cōposito disponere pos-  
 se. Vnde attendendū erit, an  
 62 testator fuisset moribundus,  
 & in articulo mortis; quia li-  
 cēt, ita cōstitutus testari pos-  
 sit, l. quoniam indignum, C. de te-  
 stamētis, l. si pater, §. quādā, ff. de

fideicommiss. libert. l. Seia, §. vl-  
 tim. ff. de donat. caus. mortis, l.  
 Pamphilo, §. 1. de legat. 3. debet  
 tamen esse sanæ mentis testa-  
 tor, & articulatē verba pro-  
 ferre, ita vt intelligi, & perci-  
 pi possit, quæ dixerit. Rui-  
 nus conf. 12. lib. 2. Menochius  
 63 conf. 45. num. 38. Surdus conf.  
 414. num. 58. Farinacius conf.  
 97. num. 10. Anton. Gabriel  
 64 tit. de testam. conclus. 2. Alcia-  
 tus lib. 9. resp. conf. 77. num. 12.  
 Mantica lib. 2. tit. 6. num. 8.  
 Paschalis de virib. patr. potest.  
 part. 2. cap. 8. num. 54. Castillo  
 d. cap. 27. num. 14. 15. & 16. quia  
 præsumitur non sanæ men-  
 tis, quando statim mortuus  
 est. Prepositus in c. tanta num.  
 7. qui filij sint legitimè Castré-  
 sis conf. 155. num. 2. lib. 1. Rui-  
 nus conf. 9. n. 14. lib. 2. Castillo  
 65 cap. 22. nu. 16. & cap. 27. n. 11.  
 vbi multos refert: vel saltem  
 probabiliter dubitatur prop-  
 ter proximitatē mortis. Tré-  
 tacinquius conf. 13. n. 5. 6. & 7.  
 Cancorius, qui alios citat lib.  
 1. cap. 4. n. 137. vers. augebatur.  
 66 In mortis autem articulo  
 non dicitur quis, licet gravi-  
 ter aegrotet, nisi tantum ille,  
 qui tendit, & appropinquat  
 ad mortem ex causa, iam ap-  
 parenti, ex qua vt plurimum  
 sequi solet mors. Polidorus  
 Ripa, de gestis in articulo mortis  
 cap. 1. num. 15. Cassanate conf.  
 21. & 22. vt quando iam def-  
 peratus est infirmus de salu-  
 te. Giurba ad consuetud. Mes-  
 sanens. cap. 2. gloss. 4. nu. 6. No-  
 guerol allegat. 26. num. 236.  
 67 Cassanate d. conf. 22. nu. 3. Et  
 talis moriens, vt validum  
 conficiat testamentum, de-  
 bet habere notitiā se in mor-  
 tis articulo esse; aliās si verba  
 dispositiva sonantia in testa-  
 mentum proferat, in dubio  
 animo complacendi censē-  
 dum est dixisse; si in favorē  
 illorum, qui ei infirmitati ser-  
 viunt, fuerint dicta. Corneus  
 conf. 73. vol. 1. & conf. 236. The-  
 saurus lib. 1. q. 56. Menochius  
 de Arbitrarijs casu 496. à nu. 11.  
 vsque ad nu. 55. Flores de Me-  
 na d. quest. 1. post n. 45. Maticé-  
 zus in l. 1. tit. 4. lib. 5. gloss. 1. nu.  
 8. Gregorius Lopez in l. 1. tit.  
 1. part. 6. maxime si testator  
 sic graviter ex morbo labo-  
 rans interrogatur à notario,  
 quem ipse non vocavit; nam  
 tunc nullius roboris erit te-  
 stamentum. Paulus de Ca-  
 stro in leg. hac consultissima, §.  
 at cum humana fragilitas, C. qui  
 68 testam. facer. poss. Socinus in l.  
 1. §. si quis ita col. 1. & ibi Crotus,  
 ff. de verb. obligat. Covarru-  
 bias in c. cum tibi n. 4. de testam.